



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

IX. Eccuius sit Generalia Concilia indicere, regere, confirmare, & id qua forma?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

II. Est vnum quoddam regnum continuum, & Corpus tyrannorum.

III. Aduenit autem in orbem post annum Christi 600.

IV. Characterem habet Vnctionem, Adorationem Sanctorum, Euchariastia, Missam, &c.

V. Et is Papa est Romanus,

VI. Romæ solium habiturus:

VII. Seque pro Deo ostensurus Vicarius Dei.

**CHRISTVS.** I. Antichristus idem est quod Contrarius Christo inimicus: 2. Thes. 2. *Qui extollitur super omne, quod est Deus: Et i. Ioan. 2. Qui negat IESVM esse Christum. Ita, ut Mat. 24. Dicatur esse Christum.*

II. Idemque unus, verus, certus ac singularis erit Homo, ex homine natus: sicut & ego singularis sum, ac individuum. Ioan. 5. *Ego in nomine Patris mei veni, & non receperisti me: si ALIUS venerit in nomine suo, illum recipietur.* i. Ioan. 2. *Antichristus venit, (voce hac communiter pro quoque Christi aduersario accepta:) Licet nondum venierit, de quo audistis, singulari. De quo 2. Thes. 2. Nisi reuelatus fuerit ē ἀρχὴ πονηρὸς αὐτοῦ εἰλιας, διὰ τὸν ἀπόλειαν. Sicut Ioan. 2. δὲ ἡ θεία στέφανος εἰσερατεῖ. Ecce, ILLE antonomasticus. Ita Dan. 7. 11. 12. Rex unus vocatur, non regnum unum.*

III. Nondum venit in orbem: tunc venit, Mat. 24. cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele, ca. 9. &c. 2. Thes. 2. *Deus interficit eum spiritu oris sui. Apoc. 11. Dabo autem duobus testibus meis, & prophetabunt diebus 1260. Enoch gentibus, & Helias Iudeis. Atque tunc fuerit, Matt. 24. Euangelium meum prædicatum ubique: At etiam Iuge Sacrificium sublatum: Et, Apoc. 12. Tuba*

sexta sonabit; Et erit consummatio saeculi. Apoc. 12. *Beatus qui expectat ad illos dies.*

IV. Papa vero Antichristus nec fuit, nec esse potest, obstante tam diurna, continua, tamque multorum successione, & porta inferi non praevalebunt aduersus eam: *Quia Ego sum cum ea usque ad summationem saeculi. Et sicut, Ioan. 5. Ego vici in nomine Patris mei; sic & omnis Papa venit: Si ALIUS Antipapa venerit in nomine suo, &c.*

V. Suo cum singulari charactere, Apoc. 13. Numeri & Nominis, omnibus que communi suis.

VI. Ierosolymis sedem statuet: Hic ubi, Apoc. 11. Henoch & Helias post pugnas iacebunt in plateis ciuitatis magnae, que dicitur Sodoma, Isa. 1. ubi est Dominus eorum crucifixus. Roma autem, Apoc. 17. desolabitur ab illo; At ipse, 2. Thes. 2. in Templo Dei sedebit: *ἐν τῷ ναῷ*, scil. Salomonæo.

VII. Se dicet esse DEVM, i. Ioan. 2. *Quis est mendax, nisi qui negat IESVM esse Christum? Et hic est Antichristus. Ioan. 5. In nomine suo veniet: Et Dan. 11. Deum patrum suorum non reputabit, &c. Vide Luther-catech. p. 2. q. 22. 23. 24. 25.*

### III. DE CONCILIIS & ECCLESIA.

#### QVÆSTIO IX.

*Eccius sit Generalia Conc. indicere, præstendo regere & confirmare; & id qua forma?*

## XVI. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**VTHERANI & CALVINIANI fingunt: solius Imperatoris esse, generalia indicere & regere Concilia. At in ijs Episcopi sunt Consiliarij. Vide Lutherocalviniſtam. par. 2. q. 26. & 29.

**C H R I S T V S . I .** Cūm ego Potestatem meam, Autoritatemque sacram Petro sōli, vt Vicario meo, tradidem per excellentiam; debeantq; Consilia cogi. *Autoritate mea*, hoc est In nomine meo: planè est necesse, vt meus in Ecclesia Vicarius Successor Petri, data sibi Autoritate solus vti debeat.

2. Atq; tametli, Mat. 18. *Vbi sunt duo, vel tres congrati in Nominē meo, ilī ego in medio eorum sum*, inuisibilis quidem non sic tamen, vt quisquam discernere queat Me præsidere: Multò minus, si qui S. Scriptutam præesse solam, vt ludicem, velint. Ad hanc enim omnes haec tenus hæretici appellatunt.

3. Quocirca meam ablaturus Ecclesiæ visibilem præsentiam, Petro dixi, nō Tiberio: Ioan. vlt. *Pasce oves meas, infallibiliter. Quia Lu. 22. Ego rogaui pro te. &c. proinde, Et tu confirma fratres tuos, in nomine meo ad Concilia congregatos: Et ecce Ego vobis sum usque ad consummationem seculi.* Mat. 28.

4. Cuius autem indicere; eiusdem est, ceu Capitis, regere Concilia generalia, velut membra; c. Vicarij mei Papa. Ideo iussi Petro: Ioan. vlt. *Pasce, docendo & educendo. Id ēq; & tecit Petrus, Act. 15. p̄fidens Concilio, q̄ indixerat: ad quod conuenerunt Apostoli, & Senioresceu Iudices, non ut Consiliarij, videre de verbo h. clegalium ceremoniarum, an ad salutem forent necessariæ. Et Paulus Act. 16. per transi. nscinitates præcipiebat eis*

*custodire decreta, conscientias obligantia, ob Autoritatem præsidis Petri.*

**III.** Porro Episcopi suffragijs definiunt ut Iudices, in forma Iudicij; non disputant solum ut Consiliarij.

1. Idcirco docui, Mat. 18. *Si Ecclesiæ non audierit, sit tibi velut ethnicus & publicanus, Iuste: nam Deut. 17. Qui non obedierit eorum sententia, morte condemnetur.* Hinc in Conc. Ierusalymitanæ Act. 15. & 16. conuenerunt Apostoli & Seniores, Iudices, videre de verbo hoc, non de fide sola iustificante; sed de ceremonijs abstinentijs à sanguine, suffocato, & immolatijs: de quibus nihil in Verbo Scripto extabat. Nec tamen permisla erant exanimi discipulorum; sed imperata simpliciter cum obligatione conscientiarum: vti & Paulus prædicabat.

**IV.** Atque istud est Pascerere; iuxta quod, Eph. 4. *Posui etos Pastores & Doctores, Prout promisi, Ierem. 3. Dabo vobis Pastores secundum cor meum; & Pascent vos Scientia & Doctrina. Quod necessaria munitione hæc, Act. 10. Attendite vobis, & universo Gregi, in quo posuit vos Sp. Sanctus Episcopos regere Ecclesiæ Dei.*

## Q VÆ STIO X.

*Concilia per Papam confirmata num errare possint?*

**XVII. ANTICHRISTIANISMVS.** **L**VTHERANI itemque CALVINIANI affirmant errare posse, errasseque de facto saepius. Vide Lutherocalviniſtam. par. 2. q. 30.

**C H R I S T V S . I .** Ego postquam dissem. Mat. 18. *Dic Ecclesiæ: & si Ecclesiæ non audierit, sit tibi &c. vim autoritatēque Ecclesiæ tantam esse ostendi ad do-*

F 2 cen-